

7

14

In lite qua vertitur inter gondisaluum de folis portio-  
narium sancte ecclesie Suis civitatis et Joannem ortis  
de Landacuni intentio dicti gondisalui de folis fundata  
videtur ad hoc ut absolvi debeat a petitione contra eum  
facta pro parte dicti Joannis ortis q̄ ex J̄ dicendis apparebit -

Præsupposito prout ex actis constat q̄ dictus Joannes ortis  
non intercessit tanquam fidejussor nec tanquam reus legendi  
in instrumento debiti facto in favorem Ludovici de Serzeza  
per Joannem alphonsum de uezzara tanquam principalem  
et dictum gondisaluum de folis fidejussorem contractus sed  
tantum fuit fidejussor iudicialis qui vocatur de saneamento  
executioni facte predicto alphonso de uezzara per dictum  
Ludovicum de Serzeza eius creditorem -

Præsupposito finaliter q̄ actio cessa per dictum Ludovicum  
de Serzeza in favorem dicti Joannis ortis contra Joannem  
alphonsum de uezzara principalem debitorem et dictum  
gondisaluum de folis eius fidejussorem non fuit facta  
in continenti tempore solutionis sed ex intervallo prout  
ex instrumento cessionis constat -

Sic sic præsupposito dicendum est q̄ dictus Ludovicus de Serzeza  
nullo modo potuit cedere actionem dicto Joanni ortis contra  
dictum gondisaluum de folis nec ad ipso aliquid peti potest  
virtute dicte cessionis -

Primo quia ut s̄ dictum est dicti gondisalvus de folis et  
Joannes ortis non fuerunt confidejussores nec cozei  
debendi eiusdem contractus sed s̄ant fidejussores  
dicti Joannis alphonso de uezzara diversis respectibus quia  
gondisalvus de folis fuit fidejussor contractus dicti  
autem Joannes ortis fuit fidejussor dictus de saneamento

executioni facte dicto Joanni alphonso de nezzara de cuius  
fidejussionis natura est quod fidejussor obligatur quod  
bona in quibus facta fuit executio valebant quantitatem  
pro qua facta executio et quod tempore sententie eorum  
cepta alioquin ipse solvet juxta l. in l. fm. tit. 2. c.  
lib. 4. non recipit. restituit Joann. gutierrez peract. quest.  
lib. 1. q. 132. et sic nullam habet actionem in re  
entis cessionis aduersus dictum gondisaluum de solis  
q. manifeste offenditur -

quia aut uult agere actione mandati quasi uterq. p.  
alitero fidejussore uideatur arg. in l. uir uxore  
s. fm. ff. ad uelleian. et tenet glo. in l. 2. in v. iuraz  
c. de dabs. re. ubi dicit notant. et hoc actio illi non  
competit quia ipse et dictus gondisalvus de solis non  
fuerunt confidejussores in eodem contractu. ut  
dictum est. et ad hoc ut hoc actio competat necessum  
est quod sint fidejussores in eodem contractu. ut  
colligitur ex dicta glo. v. iuraz -

aut uult agere actione pro factis et cum non fuerint  
socij nec duo rei debendi ut ex ipso instrumento apparet  
similiter hoc actio illi competere non potest iuxta  
restitutionem glos. in d. l. 2. -

Et si uelit agere actione negotiorum gestorum non  
debet audiri quoniam obligationes fuerunt distincte  
et non processerunt ex eodem fonte nec ex eodem  
contractu quia ut s. dictum est Joannes ortiz de  
Landa. cuius fuit fidejussor qui uocatur de furem  
executioni facte predicto Joanni alphonso de nezzara  
principali debitori caterum gondisalvus de solis  
fuit fidejussor contractus. et quamuis dictus

Joannes ortis solvens pro sua fidejussione actio  
negotiorum gestorum illi non competit ut in terminis  
tradit Bald. in l. cum alter C. de fidejussoribus  
in 1. ubi dicit quod quando obligationes sunt distincte  
nec procedunt ex eodem fonte nec ex eodem contractu  
actio negotiorum gestorum tali solventi non tribuitur  
facit in l. ut fidejussor ff. de fidejusso. —

quoniam quamvis fuissent fidejussores eiusdem contractus  
Joannes ortis de Cardacuzi et gondisalvus de folis et  
dictus Joannes ortis solvisset non haberet actionem  
negotiorum gestorum aduersus dictum gondisalvum de  
folis ut notat glo. in l. ex facto in v. qua actio  
ff. de negot. gest. ubi gomb. castrens. inquit quod fidejussor  
soluendo liberat alterum non officio gestoris quia  
non soluit contemplatione alterius fidejussoris nec ut  
illum liberet sed contemplatione principalis debitoris  
ut illum liberet et etiam se liberet ergo liberato  
principalis sequitur etiam liberatio alterius fidej.  
ssoris facit in l. si fidejussor in fine ff. de sol.

et hoc casu nempe si essent fidejussores eiusdem  
contractus dicti Joannes ortis et gondisalvus de folis  
clarum est quod dictus Joannes ortis non potuisset  
conuenire in solidum dictum gondisalvum de folis  
pro toto debito sed tantum pro dimidia parte ipsius  
debiti quia si unus ex duobus fidejussoribus soluit  
totum debitum creditori et ipse creditor ei cedat  
actiones quamuis possit conuenire in solidum debitorem  
principalem non tamen poterit conuenire in fidejussorem  
nisi tantum pro parte ut in l. si plures tutelam  
ff. de administrat. tuto. cum alijs que allegat

grego. l'op. in l. 11 tit 12 part. 5. in v<sup>o</sup>  
a quella parte. -

Nec obstat si ex aduerso opponatur qd quamvis ipse  
non habeat actionem mandati nec proficio, nec  
negotiorum gestorum rationibus de quibus s<sup>o</sup> potest  
tamen agere aduersus gondisaluum de f<sup>o</sup> l<sup>o</sup>is  
in rebus cessionis facte per ipsum creditorem  
ludovicum de Serzeza iuxta notata per glo. et tit  
in l. 2. c. de dub. reis et in l. cum is ff  
de fidejuss. -

sed ad hoc resp. primo quod quamvis esse in causa  
quo creditor potuisset cedere actiones non potuit  
illas cedere in totum contra gondisaluum de f<sup>o</sup> l<sup>o</sup>is  
sed debabat cedere in solidum contra principalem  
debitorem et contra gondisaluum de f<sup>o</sup> l<sup>o</sup>is pro parte  
ut notatur in d. l. cum is ff de fidejussoribus et s<sup>o</sup>  
dictum fuit - et hoc locum sibi uendicat quando in  
confidejussores eiusdem contractus ut premittunt  
omnes qui de hoc reagent in l. 2. c. de dub. reis  
et in d. l. cum is ff de fidejuss. at in optes caput  
ut s<sup>o</sup> dictum est Joannes ortiz et gondisaluum de f<sup>o</sup> l<sup>o</sup>is  
non fuerunt confidejussores eiusdem contractus qui  
dictus Joannes ortiz fuit solum fidejussor iudiciali  
qui uocatur de saneamento et si aliquid soluit pro  
pro principali debitore pro quo uicem cessit fidejussor  
in executione sibi facta unde cum obligationes fuerunt  
distincte soluendo nihil potest petere a gondisaluum  
de f<sup>o</sup> l<sup>o</sup>is qui erat obligatus in alia obligatione  
diuersa et distincta ab ea qua dictus Joannes ortiz

intercessit fidejussor. —

Conformantur predicta ex eo quia si aliqui fidejussor  
pro alio distribuitur unus in decem, aliter in viginti  
et aliter in triginta vel quadraginta et unus soluit  
quantitatem pro qua fidejussor non potest agere aduersus  
alios nec ab eis aliquid potest petere ea ratione quia  
obligationes fuerunt diuise et disparte ut tenet Bote  
in l. fin. C. de usuz. rei indicat quem refert et  
sequitur Greg. Lop. in l. 8 in glo. ultima tit. 12  
part. 8. et Matreco in l. 1. tit. 16. lib. 5. non  
recapitatio. glo. 4 unde sic in proposita specie dicendum  
est nam cum dictus Joannes ortiz intercesserit fidejussor  
pro debitorum principali in alia obligatione dispartita  
et diuisa ab ea qua fuit fidejussor Gondisalvus de  
folis nihil ab eo petere potest juxta predictam restrin-  
tionem quia in presenti non agitur de eadem obligatione  
qua principalis debitor et dictus Gondisalvus de folis  
fuerunt obligati in fauorem dicti Ludouici de Serreza  
sed de alia obligatione penitus diuersa qua constat  
dictum Joannem ortiz obligatum fuisse nempe in  
executione que facta fuit dicto principali debitori  
unde nullam aduersus Gondisalvum de folis potuit  
creditor actionem cedere que h. nobis. in l. que reuocatur  
S. fin. ff. iudicat. sola. ibi quia de alia re agitur  
de alia stipulatio interposita est —

preterea facta quia ex instrumentis uenditionis certum  
constat factam fuisse ex interuallo p. siquam erant iam  
satisfactum dicto Ludouico de Serreza unde procedit

invis conditio quod creditor cui est satisfactum non habet  
actionem quam possit cedere quia solutione eius quod  
debetur tollitur omnis obligatio in principio in  
quod mod. toll. obligatio ergo cum illam non habeat  
inutilis est quod cedat quia nemo plus iuris in alium  
transferre potest quam ipse habet l. nemo plus iuris  
ff. de regul. iur. et quia actio semel extincta amplius  
non reviviscit l. qui res & arcam ff. de solutio -

sed quia iste articulus habet difficultatem pro eius  
resolutione distinguendi sunt tres casus quas ponit glo. in  
papimanns in d. et suo nomine ff. mand.  
primus est quando fideiussor solvit expresse nomine  
suo proprio et tunc quando cumq. fiat cessio valet  
quia actiones quas habet creditor contra debitorem  
principalem tunc non extinguuntur per solutionem  
et est expressus in d. l. papimanns et in l. probum  
aut pampulium & si mandatum ff. de solutio et sic  
non est casus noster quia dictus Joannes ortus quando  
solvit dicto creditori non dixit q. solvobat suo proprio  
nomine nec de hoc constat in processu -

29 casus est quando constat q. fideiussor solvit nomine de  
bitis et hoc casu inutilis est cessio quando cumq. fiat quia  
actiones per solutionem sunt extincte et sic est noster  
casus quia dictus Joannes ortus solvit nomine debitoris  
et hoc constat clarissime quia ipse non erat obligatus  
in instrumento facti in faorem creditoris sed tantum  
fuit fideiussor executioni facti debitori principali  
unde non potest dici q. solverit nomine proprio sed  
q. solvit nomine debitoris pro quo non videtur fideiussor  
dictus de saneamento - si ergo solvit nomine debitoris  
nullo modo creditor potuit ei cedere actiones contra

Dictum gondiolum de solis quia solatione eius quod  
debetur et et s dictum fuit - -

3<sup>o</sup> casus est quando fidejussor simpliciter soluit nec  
constat quo nomine an suo vel alieno - tunc iterum  
subdistinguit glo. inquirens qd si quidem fidejussor fecerit  
ut creditor cedat incontinenti presumitur soluisse  
proprio nomine ac perinde valebit cessio sicut in primo  
casu - si vero cessio facta fuit ex intervallo tunc  
presumitur nomine debitoris soluisse et consequenter  
non valebit cessio tanquam extinctis iam actionibus sicut  
in 2<sup>o</sup> casu dictum fuit ex h<sup>o</sup> quem ad hanc ~~soluendo~~  
subdistinguit glo. allegavit in l. mo de hinc ff de  
solutio que glos distinctio hodie approbata est per h<sup>o</sup>  
in l. 11. tit 12 part 5. et ibi restat greg<sup>o</sup> - op.  
in glo. fm. ita restat Joannes antier<sup>o</sup> allegat  
7 ex nu 9 unde cum ex processu appareat dictum  
Joannem sctis simpliciter soluisse non exprimendo  
an suo vel nomine debitoris soluerit et cessionem  
factam fuisse ex intervallo nullo modo debuit  
valere cessio adversus gondiolum de solis sed  
tantum erit valida respectu debitoris principalis  
ut dicitur in d. l. 11. tit 12 part 5. ad finem  
ibi per<sup>o</sup> bien<sup>o</sup> demandat al deo<sup>o</sup> o le de lo que  
pago por el - et in omnem eventum considerandum  
est qd non potest dubitari qd dictus Joannes sctis  
soluerit nomine debitoris ratione de qua in 2<sup>o</sup>  
casu nampe quia cum ipse non fuerit obligatus  
in contractu factu in favorem creditoris sicut

cum debitore principali non potest dici qd sitne sit  
nomine proprio sed tantum nomine debitoris iuxta  
executionis dictae de saneamento quo casu cessio est  
inutilis tanquam extracta iam actione ut dictum est -

ex quibus fundata videtur intentio quod salvi de  
solus ad hoc ut debeat absolvi a petitione contra eum  
facta per Joannem octij Landacuzi qd dicitur salvi  
semper in omnibus dominationis vestrae censura cui  
predicta subijciuntur -

Ellicon Strobes  
Cozenel